

in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis: Receperunt mercedem suam. **6** Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum et, clauso ostio tuo, ora Patrem tuum, qui est in abscondito; et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. **7** Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici: putant enim quia in multiloquio suo exaudiantur. **8** Nolite ergo assimilari eis; scit enim Pater vester, quibus opus sit vobis, antequam petatis eum.

³²
L 12,30

^{2 Rg} 4,33

9 Sic ergo vos orabitis:

Pater noster, qui es in caelis,
sanctificetur nomen tuum,

10 adveniat regnum tuum,
fiat voluntas tua

sicut in caelo et in terra.

11 Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie;

12 et dimitte nobis debita nostra,

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;

13 et ne inducas nos in tentationem,

sed libera nos a Malo.

J 17,15
L 6,37

14 Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester caelestis; **15** si autem non dimiseritis

⁶ oraveris C | tuo om. C | qui est om. C W S ● ⁷ quia] quod C ● ⁸ quibus] quid C
● ⁹ ~ qui in caelis es S ● ¹⁰ veniat S ● ¹³ ~ nos inducas C | Malo] add. amen C
● ¹⁴ caelestis] add. delicta vestra C W S

enim in conventibus et in angulis platearum stantes orare, ut appareant hominibus: amen, dico vobis, Perceptam habent mercedem suam. **6** Tu vero quum orabis, introito in conclave tuum; et clauso ostio tuo, ora Patrem tuum in occulto; et Pater tuus, qui *te* aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

7 Orantes autem ne eadem blaterate, ut Ethnici; putant enim fore ut sua illa loquacitate exaudiantur. Ne igitur ipsis assimilamini: novit enim Pater ille vester quibus sit vobis opus, antequam vos petatis ab eo.

9 Vos igitur ita orate: PATER noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, ut in caelo, *ita* etiam in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos ab illo improbo. Quia tuum est regnum, et potentia, et gloria, in secula. Amen.

14 Nam si remiseritis hominibus ipsorum offensas,
15 remittet etiam vobis Pater ille vester caelestis: *sin*
autem non remiseritis

hominibus, nec Pater vester dimittet peccata vestra.

De ieiunio: 6,16-18

16 Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes; demoliuntur enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: Receperunt mercedem suam.
17 Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum et faciem tuam lava, 18 ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo, qui est in abscondito; et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

De thesaurizando et de vana sollicitudine: 6,19-34

(19-21: L 12,32-34 22-23: L 11,34-36 24: L 16,13 25-33: L 12,22-31)

19 Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur; 20 thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur; 21 ubi enim est thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum.

Jc 5,2s

19,21
Mc 10,21
L 18,22

22 Lucerna corporis est oculus. Si ergo fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit; 23 si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt, tenebrae quantae erunt!

24 Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit et alterum diliget aut unum sustinebit et alterum contemnet; non potestis Deo servire et mammonae.

25 Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus quam vestimentum? 26 Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et Pater vester caeles-

10,29-31
L 12,6s

pas celi illa.

hominibus ipsorum offensas,

nec Pater vester remittet vobis offensas vestras.

16 Quum autem jejunatis, ne estote, ut hypocritae, tetrico vultu: deformant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunare: amen dico vobis, 17 Retulerunt mercedem suam. Tu vero, quum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava; 18 ut ne appareas hominibus jejunare, sed Patri tuo, qui est in occulto; et Pater tuus, qui te aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

19 Ne thesauros recondite in terra, ubi tinea et erosio corrumpit, et ubi fures perfodiunt ac furantur. Sed recondite vobis thesauros in caelo, ubi neque tinea neque erosio corrumpit, et ubi fures non perfodiunt, neque furantur. Nam ubi est thesaurus vester, illic erit etiam cor vestrum.
22 Lucerna corporis est oculus: itaque si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; 23 si autem oculus tuus improbus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen, quod est in te, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae? Nemo potest duobus dominis servire; aut enim unum habebit odio, et alterum diliget; aut uni adhaerebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonae.

25 Propterea dico vobis, Ne estote solliciti de anima vestra, quid esuri sitis, aut quid bibituri; neque de corpore vestro, qua re sitis induendi. Nonne anima plus est quam alimentum, et corpus quam indumentum? Intuemini in volucres coeli; non enim serunt, neque metunt, neque cogunt in horrea; sed Pater ille vester caeles-

15 dimittet] *add.* vobis C ● 16 demoliuntur] exterminant C | appareant C | vobis] *add.* quia C W S ● 19 et² om. S ● 21 erit] est C W S ● 22 corporis] *add.* tui C | oculus] *add.* tuus C | ergo om. C W S | ~ oculus tuus fuerit C ● 23 ~ fuerit nequam C | tenebrae] ipsae tenebrae C ● 25 corpus] *add.* plus (+ est S) C S

tis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis? **27** Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad aetatem suam cubitum unum? **28** Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent. **29** Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. **30** Si autem fenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos, modicae fidei? **31** Nolite ergo solliciti esse dicentes: "Quid manducabimus?", aut: "Quid bibemus?", aut: "Quo operiemur?". **32** Haec enim omnia gentes inquirent; scit enim Pater vester caelestis quia his omnibus indigetis. **33** Quaerite autem primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis. **34** Nolite ergo esse solliciti in crastinum; crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse. Sufficit diei malitia sua.

1 Rg 10,5

Ph 4,6
1 P 5,7

8

Nolite iudicare: 7,1-5
(1-2: Mc 4,24s L 6,37s 3-5: L 6,41s)

7 Nolite iudicare, ut non iudicemini; **2** in quo enim iudicatio iudicaveritis, iudicabimini, et in qua mensura mensi fueritis, metietur vobis. **3** Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? **4** Aut quomodo dices fratri tuo: "Sine, eiciam festucam de oculo tuo", et ecce trabes est in oculo tuo? **5** Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui.

Margaritae ante porcos: 7,6

6 Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis et conversi dirumpant vos.

27 aetatem] staturam C W S • **28** neque] nec S • **30** modicae] minimae W S • **32** caelestis om. C W S • **33** autem] ergo C | Dei om. S | ~ omnia haec S • **34** ~ solliciti esse C | sibi ipsi C ¶ **7.2** remittetur C • **4** dicitis C W S

tis alit eas:

27 nonne vos multo praestatis eis? Quis autem ex vobis solcite cogitando potest apponere ad **28** staturam suam cubitum unum? Ac de indumento quid solliciti estis? discite quomodo lilia agrorum **29** augeant: non fatigantur, neque nent. Sed dico vobis, Ne Solomon quidem cum universa gloria **30** sua sic amictus fuit ut unum ex istis. Quod si herbam agri, quae hodie exstat, et cras in clibanum immittitur, Deus ita circumvestit; nonne **31** vos multo magis, o exigua fide praediti? Ne igitur estote solliciti, dicentes, Quid edemus, aut **32** quid bibemus, aut quo amicemur? (nam omnia ista gentes requirunt;) novit enim Pater ille **33** vester caelestis vos indigere his omnibus. Sed quaerite primo regnum Dei, et iustitiam ejus; et **34** ista omnia adjicientur vobis. Ne igitur estote solliciti de crastino: nam crastinus *dies* sollicitus erit de *rebus* suis: sufficit diei suum malum. **7** Ne iudicate, ut ne iudicemini. ² Quo enim iudicio iudicatis, *eo* iudicabimini: et qua mensura metimini, *eadem* contra metientur vobis. Quid autem adspicis festucam quae est in oculo fratris tui; trabem vero quae est in oculo tuo non animadvertis? aut quomodo dices fratri tuo, Sine eiciam festucam ex oculo tuo; et ecce trabes **5** in oculo tuo? hypocrita, ejice primum trabem illam ex oculo tuo, et tunc dispicies ut eicias festucam ex oculo fratris tui. **6** Ne date *quod* sanctum *est* canibus, nec proijcite margaritas vestras coram porcis; nequando conculcent eas pedibus suis, et conversi lacerent vos.

Petenti dabitur: 7,7-11
(7-11: L 11,9-13)

7 Petite, et dabitur vobis; quaerite et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. 8 Omnis enim qui petit, accipit; et qui quaerit, invenit; et pulsanti aperietur. 9 Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei? 10 Aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? 11 Si ergo vos, cum sitis mali, nostis dona bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se.

Regula aurea: 7,12
(12: L 6,31)

12 Omnia ergo, quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, ita et vos facite eis; haec est enim Lex et Prophetarum.

De duabus viis: 7,13-14

13 Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam; 14 quam angusta porta et arcta via, quae ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt eam!

De falsis prophetis: 7,15-23
(16-20: L 6,43s 21: L 6,46 22-23: L 13,25-27)

15 Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. 16 A fructibus eorum cognoscetis eos: numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus? 17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit: 18 non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. 19 Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, exciditur et in ignem mittitur. 20 Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

10 petet W S • 11 dona om. C W S | bona] add. data C • 12 ita om. C W S | eis] illis C • 13 via] add. est C • 14 via] add. est C • 17 ~ malos fructus C • 18 ~ malos fructus C | ~ bonos fructus C • 19 excidetur C | mittetur C

18,19; 21,22
Mc 11,24
J 14,13s; 15,7;
16,24
1J 5,14s

22,40
R 13,8-10
G 5,14

L 13,24

22,24
1J 4,1

J 10,12

Jc 3,12

12,33

3,10 L 3,9

12,33

7 Petite, et dabitur vobis: quaerite, et invenietis. 8 pulsate, et aperietur vobis. Quisquis enim petit, accipit: et qui quaerit, invenit: et ei qui pulsat, aperietur. Nam quis est ex vobis homo, qui, si filius ejus petierit ab eo panem, det ei lapidem? 10 et, si piscem petierit, num serpentem dabit ei? 11 Si vos igitur, qui improbi estis, nostis dona bona dare liberis vestris, quanto magis Pater ille vester, qui est in caelis, dabit bona iis qui petierint ab ipso? 12 Quaecumque igitur volueritis ut faciant vobis homines, ita et vos facite eis: ista enim est Lex et prophetarum. 13 Introite per angustam portam: quoniam lata est porta, et spatiosa via, quae abducit in exitum, multique sunt qui introeunt per eam. Quia angusta est porta, et stricta via, quae ducit ad vitam; et pauci sunt qui inveniunt eam. 15 Cavete vero vobis a pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cum indumentis ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus eorum agnoscetis eos. Num colligunt ex spinis uvam, aut ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona fert fructus bonos; putris autem arbor fert fructus putres. Non potest arbor bona fructus malos edere, neque arbor mala fructus bonos edere. 19 Quaecumque arbor non fert fructum bonum, exciditur, et in ignem conjicitur. Nempe igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos.

21 Non omnis, qui dicit mihi: "Domine Domine", intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est. 22 Multi dicent mihi in illa die: "Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, et in tuo nomine daemonia eiecimus, et in tuo nomine virtutes multas fecimus?". 23 Et tunc confitebor illis: Numquam novi vos; discedite a me, qui operamini iniquitatem.

Jc 1,22
Jr 2,17

25,12

Ps 6,9 ⑥

De domo super petram aedificata: 7,24-27

(24-27: L 6,46-49)

24 Omnis ergo, qui audit verba mea haec et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram. 25 Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram.

26 Et omnis, qui audit verba mea haec et non facit ea, similis erit viro stulto, qui aedificavit domum suam supra arenam. 27 Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina eius magna».

*Turbae admirantur: 7,28-29*Mc 1,22s
L 4,32

28 Et factum est cum consummasset Iesus verba haec, admirabantur turbae super doctrinam eius; 29 erat enim docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribae eorum.

*De virtutibus et potestate Christi: 8,1-9,34**Leprosus mundat: 8,1-4*

(1-4: Mc 1,40-45 L 5,12-14)

8 Cum autem descendisset de monte, secutae sunt eum turbae multae.

2 Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: «Domine, si vis, potes me mundare?».

21 est] *add.* ipse intrabit in regnum caelorum C W S ● 22 in tuo nomine] in nomine tuo C S | in tuo nomine 2+3] in nomine tuo C ● 23 illis] *add.* quia C W S ● 25 super C S ● 26 super C ● 27 eius] illius C ● 28 super doctrina C ● 29 et om. W S | eorum] *add.* et pharisaei C W S

21 Non quisquis dicit mihi, Domine, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit quod vult Pater meus, qui in caelis est. Multi dicent mihi die illo, Domine, Domine, nonne *per* nomen tuum prophetavimus, et in nomine tuo daemonia eiecimus, et *per* nomen tuum multas virtutes edidimus? Tunc autem profitebor eis, Certe nunquam novi vos: abscedite a me qui operam datis iniquitati.

24 Quisquis igitur audit ex me sermones istos, et eos praestat, assimilabo eum viro prudenti, qui aedificavit domum suam super petram: decidit autem nimbus et venerunt flumina, et flaverunt venti, et inciderunt domui illi: sed non cecidit, fundata enim fuerat super petram. Et quisquis audit ex me hos sermones, et eos non praestat, assimilabitur viro fatuo, qui aedificavit domum suam super arenam: descendit autem pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et impegerunt in domum illam; et cecidit, et fuit casus ejus magnus.

28 FACTUM est autem, quum finisset Iesus sermones istos, ut percelleretur turba super doctrinam ipsius. Docebat enim eos ut habens auctoritatem, non autem ut scribae.

8 DESCENDENTEM autem eum e monte, secuta est turba multa.

2 Et ecce, leprosus venit et adoravit eum, dicens, Domine, si vis, potes me purificare.